



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Index Capitvm Tertiae Partis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

I N D E X C A P I T V M
T E R T I A E P A R T I S.

CAP. I. *De Regularibus & personis religiosis.*

CAP. II. De *Sanctimonialibus*.

CAP. III. De Sanctimonialium Superioribus, Visitatoribus, ac Confessariis.

P A R S T E R T I A.

C A P. I. *De Regularibus & personis religiosis.*

Vanti intersit Reip.
Christianæ, ac cuius-
libet Provinciæ, Ci-
vitatis, ac Commu-
nitatis, in finu suo
fovere Regulares &
religiosas personas,
quæ, peculiari modo
à mundi vanitate se-

paratæ , tribus sacræ ac religiosæ vitæ votis
substantialibus, castitatis, paupertatis, & obe-
dientiæ, sese Deo adstringunt, & noctes dies
que in mortificationis placationisque operi-
bus, contemplationibus divinis, & precibus,
continuas quasi pro cetero populo excubias
agunt, Deique iram, infinitis eorum, qui de
mundo sunt & fœcularia desideria sequuntur,
peccatis provocatam, sedare & placare con-
tendunt, omnes facile intelligere possunt, qui
altiori consideratione expendunt, quanta ex
piis eorum exercitationibus ac vita religiosa,
commoda atque emolumenta in Remp. red-
undant, cum, pro paucorum aut etiam unius
aut alterius innocentia & vitæ integritate, sese
Deus communitati etiam integræ ac populo-
sa parciturum promiserit. Hinc uti optandum
est, ut plurimi hujus instituti sancti ac Reli-
gioosi in Repub. & Diccesi Nostra alantur, sic
illis connitendum est, ut dignos ac speratos
fructus altioris istius vitæ, ad populi ædifica-
tionem, divinæ vindictæ mitigationem, ac
publicam salutem, pacem ac prosperitatem,
proferant.

2 Volumus itaque, ut, quicquid in Monasteriis & Religiosis domibus, vel socordia hominum, vel injuria precedentium temporum, vel senio quadam, & torpore antiquorum Ordinum irrepit ac deformatum est, id, magno studio ac fervore spiritus resumpto, renovetur, ac in pristinum gradum reponatur.

3 Religiose vero vitæ disciplina tunc recte restitutetur, si, qua ratione quibusque factis illa primum constituta, diuque conservata est, ea-

dem etiam in restitutione & reformatio-
ne ad-
hibeantur.

4 Constituta vero & conservata est diligenti & accurata Regularum & Constitutionum, & trium præfertim substantialium votorum observatione; atque adeo simili modo erigetur & restituetur, ubi collapsa est. Nihil enim, nisi ad regulam, recte fit.

5 Imprimis autem curandum est religiosis, ut continentiam ac castimoniam colant, ejusque conservandæ media sedulo amplectantur. quod tunc maximè fiet, si, fuga sæculi ac sæcularium negotiorum, evitent scipulos illos, in quos multi, caute non ambulantes ac nimium sibi præfidentes, impegerunt.

6 Ab omni itaque prohibito aspectu, colloquio, consuetudine, ac familiaritate disparis sexus abstineant; foeminae omnes ab ambitu, refectorio, dormitorio, & aliis secretoribus locis Monasterii, arceantur. Extra clausuram & loca conventionalia, si quae foeminae ex necessitate ad colloquium sint admittenda, honestatis tamen ubique ratio habeatur.

7 Ad conservationem verò castitatis valent cætera communia fere omnibus ordinibus religiosa instituta , sancta sobrietas , virtutum omnium aut parens aut foror , mortificationes quotidianæ , in jejuniis , vigiliis , silentio , cultus asperitate , oci fuga , ac corporali fatigatione ; ad quæ si sacra lectio , sancta meditatio , orationis frequenter , accedant , tutum facile constituent Religiosum ab omni turpitudine actus & delectationis carnalis.

8 Si quis vero in his præfittim Deo fidem irritam faciat, ac sibi foedam quidem sacrilegii notam inurat, Ordini vero suo turpem incontinentiae labem alperget; secundum statuta, Regulam ac Canonicas sanctiones graviter puniatur, & ad aliud Monasterium (acta tamen prius salutari pœnitentia in loco delicti) ablegetur, nec nisi ex speciali Nostra licentia in Diœcesi Nostra morari posfit.

9 Religiosa paupertas exigit à Christi discipulis & veræ religionis sectatoribus , ut affectum amoremque omnem à terrenis rebus divertant, & ad cœlestia transferant. Vt autem

Clem. ex*vi*. de
verb. si-
gnif. co-
cum ad
Monast. de
statu Mo-
nach.
Conc. Tri-
dent. sess.
25*s. I.*
de regul.
Caus. 27.
q. I. per.
tot.